

Alte Drucke

**MARCELLI || PALINGENII STEL-||lari Poëtæ doctissimi ||
Zodiacus vitæ, || hoc est, || De Hominis vita, studio, ac
mo-||ribus optimè instituendis || ...**

Palingènio Stellato, Marcello

Lugduni, 1559

LIBER III. CANCER.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-154881

Expulerit tenebras iam lumine matutinas,
 Ad te aliquem mittam, gaudie, quo cætera disces.
 Iamq; vale: his dictis, petierunt æthera saltu,
 Excepitq; ambas Zephyrus, sursumq; vehebat,
 Donec lœta vtraque in liquidas euanuit auras.
 Ceu quum Scylla patrem fugiens scelerata sequente,
 Paula im fœse attollit: sibit ille proteruo,
 Insistens animo, dicitq; per aëra gyros,
 Desecti cupiens facinus punire capilli:
 10 Hæc verò densas inter se condere nubes
 Nititur, atque oculos frustratur cæca tuentum:
 Illuc & Nysus penetrat, neuterq; videtur,
 Phœbus Athlantæo iam merserat æquore currum,
 Et Vesper stabulis educens astra reclusis,
 Ambrosia in campos ad pabula nota redibat:
 Digredior mœrens, eadem qua duxerat olim
 Me senior, repetoq; domum, promissaq; solis
 Gaudia venturi, satis anxius expectabam.

20 L I B E R I I I I .

C A N C E R.

SOL, qui perpetua mundum vertigine
 luſtras,
 Alme parens rerum, cœli decus, &
 stellarum
 Princeps, aeterni fons luminis, vndique cernens
 Omnia, puniceo dum Persida linquis ab ortu:

e Et

Et pergens, tandem extremo tua lumina condis
Hesperiae fluctu, Calpemq; nouissimus vris,
Atque eadem rursus repetis vestigia semper.
Per te cuncta patent, noctis quibus umbra colorem
Abstulerat, tenebris tua non patientibus ora,
Mundi oculus : qui transuerso dum limite curris
Per diuina means animantum idola, quaternis
Dispensae annum spatij, et tempora mutas.
Et cum temporibus quicquid generatur in orbe.
O sanctum iubar, ô diuum pulcherrime, salue:
Te colimus, tibi sincero de pectore laudes
Fundimus: at tu hodie læto nos respice vultu,
Et letum concede diem, redeasq; benignus:
Nubila diffugiant, aer sit ubique serenus,
Aduentuq; tuo ponti vada salsa quiescant,
Et sit iter tutum cupidis per cerula nautis:
Non segeti, non arboribus, non vitibus, imber
Insanisue oblitur turbo, lapidosæ grando:
Sed blandas Pyrois afflet mortalibus auras,
Accipiantq; tuo redditu Deus omnia pacem. 20
Salve presidium, et sacris tutela poëtis:
Tu vatum mentes diuino numine repleas,
Ipsorumq; moues ad dulcia carmina linguis:
Tu dignos lauroq; facis, famaq; perenni.
Salve igitur, dexterq; mihi sis quæso canenti,
Et fauaces coepitis, et nostros dirige cursus,
Donec ad optatum veniat mea cymbula portum.
Hæc ego Castalias flexo dum poplite ad undas

Orar

Orarem supplex, nympharum adstante corona,
 Audit exulta Delphorum Phœbus ab arce:
 Audit, & visum est templi nutare cacumen,
 Eq; adytis ingens effulgit splendor, & ingens
 Vox audita, meas quæ sic peruenit ad aures,
 Infelix iuuenis, quem adeò fata impia vexant,
Qui tam crudeles viuendo transfigis annos:
Esto animo fortis, & dura, patientia vincit
Omnia in aduersis rebus sunt prospera semper
 10 Magnanimo spernenda viro: tunc celsior exit,
Quu premitur virtus, viden' ut fortuna frequenter.
Quos pessum dederat, mutata extollat eosdem?
Alternetq; vices? nihil est durabile semper
Sub caelo, redeunt post tristia nubila soles
Iucundi: postquam ventis maria alta fuerunt
Exagitata diu, tandem pacata residunt,
Et remeat bruma post frigora floriferum ver.
Ergo animum firma, & duris ne defice rebus,
Teq; ipsum serua fatis melioribus: olim
 20 Adueniet tempus, cursum variantibus astris
(Si non ante diem Parcae tua fila secabunt)
Quando tuū, quod nunc mersum iacet atq; sepultū,
Mille per ora virūm fiat memorabile nomen.
Ipse adero, semperq; nouem mea turba sorores
Astabunt comites quocunq; accesseris: & te
De plebe eripient, clarumq; in secula reddent.
Ista mihi responsa dedit cortyna precanti.
Ast ego vix possum dijs credere talia de me:

e 2

Visque

Vsqueadèò sum peruerso sub fidere natus,
 Vsqueadèò aßiduis cælum me casibus urget.
 Inde tamen decedo hilaris, perq; auia solus
 Errabam & pariter voluebam talia mecum:
 O si forte aliquis mihi nunc hominumue deumue,
 Occurrat, quem diua Arete, ut promiserat, ad me
 Doctorem mittat, quo discere cætera possum,
 O si ipsa æthereo potius descendat ab axe,
 Meq; suis iterum doceat pulcherrima verbis,
 Vallis erat, montes inter porreæta propinquos, 10
 Atq; iter angustus limes prebebat eunti:
 Progredior, videoq; duos in gramine læto
 Pastores, pariter quadam sub rupe sedentes:
 Qui positis peris iuxta, & quos ferre solebant
 Nodus è corno baculis, certare canendo
 Inter se accensi laudis mercede volebant.
 Sed index deerat, cuius sententia litem
 Solueret, & palmam victori ferret honestam.
 Ut me ruderunt, extemplò accersit vterq;
 Et rogat, ut vellem secum residere sub illis
 Cautibus, & tanti certaminis arbiter essem.
 Tunc unus postquam sumpta prælusit auena,
 Talia sublati in cælum cœpit ocellis:
 O flos Dardanæ, puer, ô dilecte Tonanti,
 Pocula qui superis spumantia nectare misces:
 Cede polo, iam cede polo, formosior alter
 In terris nunc est, qui pocula sacra ministret,
 Iupiter hunc rapiens, te spreto ad sydera tollet:
20
Inuidia.

Inuidia rumpere miser, moriere dolore.
 Sed potius ne cede polo, tu vina propines
 Cœlicolis, maneat mecum mea cura Philetus:
 Quo sine nec mihi dulce aliquid, nec viuere gratue, est
 Hunc quoties pernicis equi per deuia tergo
 Inuectum, capreas arcu cervos sue petentem
 Naiades aspiciunt, cœco stimulantur amore.
 Multaque; cum multis cupiunt dare basia donis,
 Certatimque; ferunt vario de flore corollas,
 Et calathos pomis plenos, & dulcibus ruis.
 O si non adeò puer implacabilis esset,
 O si se facilem misero præberet amanti,
 Me foret in toto nullus fælicior orbe,
 Sed spernit nostrasque; preces, nostrumque; dolorem,
 Et fugit, ut neruo Assyrio transmissa sagitta.
 Ne fuge me, neu speme precor firmose Philetete:
 Non ego sum Lestrygonio de sanguine, amari
 Sed dignus fortasse tibi, si me benè noris.
 Nam quamvis hirtæ in nostro sunt corpore setæ,

Et barba à mento impexis cadat horrida villis:
 Non sum deformis tamen, & sua gratia barba est,
 Et setis, suntque; ista viris pugnacibus apta,
 Robustosque; decent: sunt leuia membra cynædis.
 Quid? quod diuitijs pastorum haud vincor ab ullo?
 Quandoquidem mihi non desunt armenta, gregesque:
 Mille mea viridi pascuntur gramine vacce,
 Mille mei per densa sues quercta vagantur,
 Enixas habeo pecudes, fortasque; capellas:

Lactis acetosi nunquam mihi copia desit:
 Est vetus, estq; recens plena mihi caseus arca.
 Sume tibi quodcumque velis, nanque omnia nostra
 Sunt tua, sumq; tuus: quamquam hoc ingrate recusas.
 Si me diligeres, mecumq; aliquando venires,
 Colligerem tibi poma, alii harentia ramis,
 Quæ referunt cerasq; nouas, maturaq; fraga,
 Implaremq; tibi corylis nucibusq; canistrum.

Ah quoties, quoties medijs te amplecterer vlnis,
Imprimerem rosis mille ac mille oscula labris.

10

Ne dubita, mellite puer, mecumq; venito:
 Stabimus ad nitidum fontem, gratumq; soporem
 Amplexu iuncti pariter capiemus in umbra,
 Alleli strepitu ramorum & murmure rivi,
 Dum feruente die crepitant per rura cicadae.

Heu mihi, me sfernus, sfernus quoq; munera nostra,
Nec moestis lachrymis, nec blanda voce moueris,
Sæuior Hyrcana sublato tigride fætu,

Surdior ex Paro quæ sunt marmore signis,
Durior alpina caute, Arabioq; adamante.

Quò tibi forma tua est, si sis crudelis, & omnes
Despicis, atque mori miseris compellis amantes?
 Sic pulchros inter flores latet horridus anguis,
 Sic & in hyblaeo miscetur melle venenum.

Pone tuos fastus: inimica superbia diuis.

Nec te decipiatur figura gratia formæ:

Forma brevis flos est, primo spectabilis ortu,
 Mox languens fugiente die, dum florida durat

Aetas,

20

Aetas, dumq; cutis tenero fulgescit in ore,
 Ne puer incassum fælicia tempora perde,
 Vtere concebris tibi, dum potes, vtere donis
 Omnis quippe suo res commendatur ab vsu.
 Tempus erit, quum tetra genis horrescere barba
 Incipiet, faciem crissantibus vndique rugis,
 Caniciesq; premet laudatos fœda capillos.
 Tunc fruſtra amissum lugebis stulte decorem,
 Sepius, & tecum dices: quò priſtina cœſit
 10 Gratia? quò roseus nineaq; albedine mixtus
 Migravit color? ah noſtre ſpe irrita formæ.
 Mutatosq; gemes vultus, deformiaq; ora,
 Iſpum te quoties ſpeculo refrente videbis.
 Sed quid ego in ventos vanas effundo querelas?
 Quid ſtudeo sterili committere ſemen arene?
 Me miſerum, fruſtrâ (ſic vultis fata) laboro:
 Sic vultis fata, ô nimium contraria nobis.
 Præcipue quum dirus amor mea pectora vexat:
 Fatū in amore valet, plusquam gīza omnis, & oīs
 20 Nobilitas: etiam fato eſt obnoxia virtus.
 Fato deſpicitur princeps, & ſeruus amatur.
 Siſ tamen ipſe licet preſſo truculentior hydro,
 Meq; minus fronde aut rūna liceare paluſtri,
 Te ſemper mea vita ſequar, te ſemper amabo.
 Corde Philetus erit noſtro, noſtro ore Philetus.
 His tacuit dictis, mox talia ſubdidit alter:
 Polline candidior Mellina, & virgine calce,
 Et pelagi irati ſpumis, & lacte recocto:

Maturis cerasis eadem rubicundior, atque
Moris, quæ nondum nigro sunt tinctæ colore:
Pulchrior arboribus, verno quum tempore florent:
Dulcior arenti fici, mustoq; recenti.
Non habuit crebro tales Cytherea papillas,
Non tales oculos, nec tam speciosa labella.
Quid laudem femur, aut femori confinia membra?
Has tractare iuuat potius, quam dicere partes.
Non modò mortales inter laudata, sed ipsis
Dijs etiam Mellina placet vidi ipse sequentem
Hanc satyrum, & tandem captâ sub subere presit:
Clamabat, volui demens accurrere, opemq;
Ferre, sed hirsuti metuebam cornua diui,
Riualemq; ausus non sum tentare ferocem.
Ah quoties nutu blandi me iuitat ocelli?
Accersitq; vltro, & niueis mea colla lacertis
Hand aliter neclit, soleat quam necltere ramos
Admotos hedera, aut vitis? lasciuaq; mordet
Ceruicem, leuiterq; manus mea percutit ora
Ludendo: iuratq; mihi, me præter, amare
Se nullum, sed non adeò sum stultus, vt ista
Vera putem: quoniam nil est mendacius ipsa
Fæmina: & insuetis quo te magis improba palpat
Blanditijs, hoc esse magis tibi scito cauendum.
Dixerat ista canens, atque addere plura volebat:
Ecce autem veniunt per saxa crepidinis, inter
Pendentes frutices, angusto calle, latenter
Septem forte lupi, simulante cupidine pastus:

Inuad

10

20

16

Inuaduntq; greges, nunc has, nunc morsibus illas
 Dilaniant pecudes, mersantq; in sanguine rictus.
 Contrà, conatur magnis latratibus hostes
 Pellere turba canum, ferro circundata collum.
 Ingens fit strepitus, valles resonare boatu:
 Consurgunt trepidi, posito certamine cantus,
 Pañlores: baculus modo so è robore sumptis,
 Et funda, accurruntq; simul, solusq; remansi.
 Tunc alia discedo via, speransq; timensq;
 10 Atque animi dubius, mecum diuersa volutans,
 Progredior, quantum spatiè ter plumbea massa
 Impete tormenti exiliens metitur aheni:
 Illimem fontem scatebris gliscientibus, inter
 Frondosas platanos reperi, quem mollia circum
 Gramina cingebant, scabroq; sedilia topo:
 Vi puto, nympharum sedes: quum torrida feruet
 Aestas, & mundum rabiosus Sirius virit.
 Haud procul hinc aberant, plenos onerantia ramos
 Sorba: ego confestim, quoniam matura vidbam,
 20 Accessi, & nonnulla manu decerpta comedи.
 Inde sitim cupiens haustis extinguere lymphis,
 Ad fontem propero, & fonti prona ora reclino.
 Dumq; bibo, in nitidis splendebat calculus vndis.
 Interea iuuenem quendam demittit Olympo
 Diua Arete, nostri non immemor. Ille volatus
 Precipiti secat æthereas velociter auras.
 Dum volat, accipitres cursu præuerinur ipsos,
 Prendere quum prædam pennis stridetibus ardentes.

Actutumq; ad me venit, qui fortè iacebam
 Graminea in ripa, fessus : dicitq; salutem.
 Illicet assurgo, & iuuenem reverenter adoro.
 Ille autem superans humanam corpore formam:
 Diuæ Aretes, inquit, sum filius : ipse Timalphes
 Nominor : huc genitrix misit me, ut singula demum
 Quæ restant dicenda, suo nunc ordine pandam.
 Sedimus ergo ambo, dehinc fari talia cœpit:
 Audiſti quæ sit mulier de parte ſinistra,
 Quis puer ipſius : nanque hoc tibi mater aperte
 Ostendit. quare nunc reſtat dicere, quæ ſit
 Altera, quæ dextram puerο comitata tenebat.
 Hanc Venerem appellant homines, dicūtq; creatam
 De pelagi ſpumis, tunc quum Saturnus in æquor
 Creditur ingratus teſtes ieciffe paternos.
 Sic perhibent Græci, gens multum accōmoda nugis,
 Garrulitate potens, fingendiq; apta magiſtra.
 Vranius tamen hanc genuit de Lopade nympha,
 Vranius rerum genitor, quo rafſior Atlas
 Non fuit, Enceladusue ferocious, tumidusue Typhoeus, 20
 Nec quotquot tellus produxit fœta Gigantes.
 Huic natura nouem capita addidit, inde supremum
 Absq; oculis, verſum eſt Tarthesi ad littora ſeper,
 Cetera ad auroram ſpectant, plus mille ſecundo
 Lumina ſunt, reliquis vnum : iactatur ad arces
 Dextera Riphæas, boreaq; cubilia traçat.
 Sed qua parte Notus mittit ſua flabra, ſinistram
 Extendit, mundumq; manu metitur vtraque:

Contin

Contingens pedibus manes, & vertice cælum,
 Omnigeni pecoris pastor ditissimus idem,
 Quod latè in terras omnes diffundit alendum.
 Non esset pecori numerus, nisi filius eius
 Pamphagus, horrificū rabie atq; triguttare monstros
 Assidue cum uxore sua (qua nomine fertur
 Atropos) armenta atq; greges sine fine vorarent.
 Hanc Venerem idcirco Vranius tulit, atq; deorum
 Cuidam Pædogeni, eterno sociavit amore,
 10 Consortemq; tori fecit: quo fædere ius sit
 Instaurare aliam prolem, & supplere creando.
 Hæc est illa Venus, sine qua cultore careret
 Maximus, & densis horreret sentibus orbis.
 Hanc Deus instituit, naturæ ut damna rependat.
 Quod vero Deus instituit, damnabile non est.
 Quid de illis igitur dicam, qui cælibe vita
 Contenti, dulces non curant gignere natos?
 Sed steriles obeunt radicitus, & moriendo
 Post cineres non vlla sui monumenta relinquunt?
 20 Hi peccant certè, & si verum dicere fas est,
Nascitur indignè, per quem non nascitur alter:
 Indignè viuit, per quem non viuit & alter.
 Qui tamen aut morbo, aut alia ratione tenentur,
 Quo minus hac possint vti, pressiue maligna
 Paupertate, timent mendicam educere prolem:
 Aut qui cælestem sapienter ducere vitam
 In terris maluant, quorum rarissima turba est,
 Abstineant: nam tunc fas est, veniamq; merentur.

Sed

Sed multi nolunt vxorem ducere, multas
 Ut paſsim inceſtent, diuersaq; pabula carpant:
Quoq; magis fallant vulgus, ſe adiijere ſacris
Haud dubitāt; templa colunt, diuīumq; ministri
Cenſentur: variaſ leges, habituſq; capellunt
 Infuetos, raso ſperantes vertice cœlum:
Insani fugiunt mundum, immundumq; ſequuntur
 Et cum ſe ventri dedant, molliq; quieti:
 (Quæ duo nequitiæ ſunt nutrimenta) pudici
 Credantur, cæcis condunt ſua furtæ latebris,
 Et ſatagunt nigram vitijs obtendere noctem.
 Nemo quidem caſte conſueuit viuere, ſaluis
 Inguinibus: niſi quem iam debilitata ſenectus,
 Aut laguor graui, aut animi dolor impedit ingeſ,
 Aut regit alhærei ſapientia plena pudoris.
 Omne ſuperuacuum natura e corpore pellit.
 Hinc eſt, quod Venerem nocturna inſomnia ſoluūt,
 Gaudiaq; informant, veros imitantia lufus.
 Multi autem, quia ſunt cauti caſli eſſe putantur.
 Eſto tamen, quod Veſtiales, iþasq; Sibyllas
 Virginitate ſua vincant, cedo, dignior vtra,
 Vtra eſt nobilior: ſterilisne, an fertiliſ arboſ?
 An quæ eſt terra ferax, an que nil gignit arena?
 O vanas hominum curas, ô futile votum.
 Discite naturæ ſanctas non temnere leges:
 Quæ vult, ut genitus generet: quæ gaudia fecit
 Tam bona concubitus, non ut te abſterreat, imo
 Ut magis alliciat, naturæ obſtēre cur viſ?
20
20

Nempe

- Nempe Venus nulli culpæ est obnoxia, si sit
 Legitima, atq; modum seruet, si debita fiat.
 Ast nimis encruat vires, effeminat artus,
 Ingenium obtundit, breuiat quoq; tempora vita.
 Iam nunc de Veneris puero nos dicere oportet
 Hic est ille hominum domitor, domitorq; Deorum,
 Qui face, qui pharetra totum perterritat orbem:
 Qui quamvis puero & cælo tamen omnia parent,
 Quæ terras pelagusq; colunt, quæq; æthera summū.
 20 Hen quantos ignes, & quanta incendia passim
 Excitat iste puer, quantum ò pharetrate Cupido
 Arbitry tibi concessum est. tibi nulla resistunt
 Robora: tu pecudes, tu homines, tu numina vincis.
 Sæpe tuis fixum telis gemuisse Tonantem
 Nouimus, & varias compulsum assumere formas,
 Fulmine deposito, & cæli regione relicta,
 Non dignatum miseras insistere terras:
 Nunc aquilam fieri, nunc torua fronte iuencum,
 Nunc se pastorem, nunc se simulare colubrum
 20 Interdumq; ignis speciem, Satyriq; figuram
 Aut auri induere, aut candenti corpore oloris.
 Enosigens item liquido mutatus Enipeo,
 Dum tua tela miser sentit, Salmonida pressit.
 Sæpe etiam voluit delphin, ariesq; rideri,
 Aut equus: & toto flamas extinguere ponto
 Quas tu condideras in pectora cæca, nequivit.
 Fabula longa nimis, cunctos ex ordine diuos,
 Et factum accipitrem Phæbum, factumq; leonem,

Dicer

Dicere : vel stygij furias memorare tyranni.
 Talia non opus est referendo absumere tempus.
 Quippe ego si cunctos heroas & heroinas,
 Quotquot dirus amor lethali vulnere fixit,
 Enumerare velim : crescat mihi longior ordo
Historiae, atq; prius condens sua lumina Titan
Abluet hefferio fumantes gurgite currus.
 Ergo operæ pretium puio, omittere talia : cum sint
A multis iam dicta alijs. nunc vera sequamur.
 Nō puero huic Bacchus pater est, ut Græcia fingit: ¹⁰
(Non etenim, si sic, abstemius ullus amaret)
 Sed fatum : quoniam filio iunguntur amores.
Nimirum fatis mortalia cuncta reguntur:
Fatum dat mores, fortunam, & terminat annos.
Plus fatum quam forma valet: sit maxima flamma
Causa cupidinea licet hæc, & corda tenaci
Præcipue iuuenium soleat vincire cathena,
Plus quoq; quam nummi: quamvis corruperit auro
Inclusam Danaen turri Saturnius alta:
Consuetudo etiam, & facilis concessa manendi ²⁰
Sæpe simul, nulloq; simul spectante, loquendi
Libertas: que prona via est & lubrica, per quam
Ipse amor ingreditur, per quam Venus ipsa paratur
Haud multum certè, fato renuente, iuuabunt.
Fato iunguntur, fato soluuntur amores.
Hinc vilis, deformis, inops, quandoq; fruetur,
Quod neq; formosus poterit, nec dives habere,
Hinc pulchra & generosa viro contemnitur vxor:

Inter

Interdum & pluris pellex trivialis habetur:
 Hinc vxor pulchrum & generosum s^ep^e maritum
 Odit, & immundi penem calonis adorat:
 Aut aliquē externū, quem vix bene nouerit, ardet.
 Deniq^{ue} ni tribuatur amor pro lege deorum
 Cuiq^{ue} suus, nisi sit diuisus limite certo,
 Non dubiū est quin pos^tit ab omnibus vnuis amari:
 Non dubium est, pos^tit quin omnes vnuis amare,
 Et pa^sim, quancunq^{ue} velit sibi quisq^{ue} potiri.
 Sed veluti pisces piseator non capit omnes,
 Non omnes volucres auceps, non omnia lustra
 Venator spoliat: sed quod sua cuiq^{ue} dedit sors,
 Hoc habet, hoc potitur: sic dispensantur amores,
 Arbitrio superū. domine sic sepe placebit
 Ipse su^e seruus: sic pulchram s^ep^e puellam
 Enter ocelosus, grandeus, lippus habebit,
 Ac veluti infausto qui sydere mercibus implet
 Mercator nauim, nocituraq^{ue} cœrula tentat,
 Naufragio, aut diris prædonibus expoliauit:
 Sic quisquis cœlo aduerso, fatoq^{ue} sinistro,
 Vritur, incassum tempus terit, atq^{ue} labore,
 Imò ignominiam & crudelia vulnera s^ep^e
 Accipit: interdum letho mercatur amorem.
 At cui fata fruent, & cui fortuna secunda est,
 Pace frui poterit quod vult, & tutus amare.
 Verū h^ec quām paucis concessa est gratia pauci
 Tam faciles habuere Deos, tantumq^{ue} benignos.
 Excepto, si quis cautè sua gaudia celet,

Vſq^{ue}

Vsqueadèò, ut nulli fidat, nulliq; recludat.

Quippe homini nunc nulla fides, nunc omnia plena
Insidij, socio nunc quisq; imponere tentat.

Quòd si arcana suo quisquam commisit amico,
Hunc metuat, ne quindo fides frangatur, oportet:

Ne quando infensus mutata mente reuelet,
Quod prius in cordis penetralibus occultabat.

Ergo si liber vis esse, & viuere tutus,

Non vlli credas, quod tu clam ficeris: & sic

Semper amicū habeas, dum durat fœdus, ut ipsum 10
Posse putas hostēm fieri: quod sāpe videtur.

Nam qui semper ament nostrō sunt tempore rari,

Inuidia est etiam multum metuenda; secundis

Quæ semper rebus dirum miscere venenum

Nititur: inuidiam moneo timentis amantes.

Propterea quid ames nemo sciat: occule amorem

Qui sapis, atq; tuus fac ne ignis luceat extrā.

Inuidia horrendum monstrum, seuisima pestis,

Exitiale malum, quo non violentius ullum:

Virtutem insequitur, lacerat benefacta, bonosq;

Odit, & alterius iusto indignatur honore.

Quanquam nemo satis proprium celabit amorem,

Si fata impediant, inimicāq; sydera nolint.

Quippe humana parum prodest prudentia, quando

Decernunt aliter superi: frustraq; laborat,

Qui rem cumq; parat dīs aduersantibus ullam.

Non tamen idcirco non omni est arte caendum:

Non omni vtendum studio pro viribus, atq;

confil

Consilio. nam qui fecit quod debuit, & spe
 Fraudatus tamen est, merito laudatur, & omnem
 Inuidiam in superos transfert: quos saepe fauere
 Stultitiae, atq; bonos pessundare saepe videmus.
Fælix, cui fauor à cœlesti traditur arce,
 Quem Deus ipse fuet, qui dextro est sydere natus.
 Huic etenim iucundus amor continget, & absque
 Felle frui, longa poterit dulcedine latus.
 Nempe amor est dulcissimus: nempe est res blanda, iocoq;
 20 Plena & delitius, ni fato fiat amarus.
 Cuius qui nunquam est expertus tela, vocari
 Iure potest sensus expers. nam bellua que non
 Igne cupidino flagrat? certe omnia, quamvis
 Vilia & exigua, has norunt animalia curas:
 Sic statuente Deo. quare qui querit amorem,
 Rem querit diuinam. etenim nisi cuncta perenni
 Ipse deum atq; hominum rex prosequeretur amore,
 Deficeret mundus, pariterq; elementa perirent.
 Quilibet id seruat quod amat, gaudetq; tueri:
 20 At quod non amat, id nemo seruare laborat.
 Idcirco rerum series eterna manebit:
 Quippe Dei est eternus amor, qui cuncta tuetur.
 Et lucet orta cadant, species nulla atterit etas:
 Diligit has etenim per se Deus optimus. at non
 Sic ea, que rapidè debentur corpora mortis.
 Namq; perire sinit nemo quod diligit, illud
 Si seruare potest, sed quis neget omnipotentem
 Esse Deum? seruare potest, sed non amat ipse

f Corpora

Corpora : corrumpi idcirco sinit, at species non.
 Quid figulus curat, si frangitur ista vel illa
 Olla? rotam pedibus voluens, cretaq; resumpta,
 Ipse nouas iterum fингит, spernitq; priores.
 Præterea cælum, tellus, aérq; fr̄ et amq;
 Atq; ignis, demum totius machina mundi
 Hoc stat & hoc durat tot iam per secula nexu.
 Nam nisi tantus amor firma compage teneret
 Omnia, pugnarent vincis elementa solutis:
 Non cælum terris lucem, radiosq; calentes,
 Nec generandarum præberet semina rerum,
 Aëra finitimum consumeret improbus ignis:
 Nec tempestiuas pluuias demitteret aër.
 Nuda foret tellus, æquorq; extingueret ignem,
 Aut igni potius piscosum aresceret æquor:
 Ut quodam, quum flammis uenos Clymeneia proles
 Non bene rexit equos, metuens cœlestia monstra;
 Insælixq; sui renuens præcepta parentis,
 Corruit in voto, sensitq; incendia mundus,
 Donec fulmineo præceps deiectus ab ictu,
 Eridani medijs flamas extinxit in vndis. 20
 Gignit amor pacem : pax est dignissima rerum;
 Omnia pace rigent, & pacis tempore florent:
 Paci summus honor, paci est quoq; summa voluptas:
 Tunc tuti viuunt homines, tutusq; viator
 Carpit iter, nec fit seuorum preda latronum:
 Tunc apium cura & pecoris, tunc arua coluntur
 Assidue, & largas pariunt pro tempore fruges:
Copia

C A N C E R .

8;

Copia tunc Cereris, tunc lac, tunc Bacchus abūdat,
Palladiusq; liquor: tunc paſim luditur, & tunc
Instata ad thyasos inuitat tibia. ſoli
Oderunt pacem ſtulti, & certamina querunt.
Talia fluxerunt Saturno tempora rege:
O felix etas, ipſo preciōſior auro.
At nunc (prō dolor) iſano discordia motu
Omnia conturbat, terret, repletq; tumultu.
Nunc iuuat eſſe trucem, & leges diſcindere ferre:
Iuſtitia eſt, potuiffe magis. nunc mille colubros,
Mille faces quatiunt, toto & bacchantur in orbe
Eumenides, populosq; agitant, regesq; ſuperbos.
Quid iuuat, ô miseri, pugnando laceſſere mortem?
Nunquam ſera venit. ſed dira ſuperbia tanti
Cauſa mali, & vefana fames, atq; ardor habēdi.
Heu cur vſqueadèo vilissima terra ſuperbiſ,
Cuſus fæda breui corrodent viſcera vermeſ?
Quid tantum queris? te ſemper forſitan eſſe
Viſteturum credis? miſer, ha, miſer aſpice, quām ſit
Incertus, velox, anguſtus terminus eui.
Sufficiet breuis vrna tibi, paruumq; ſepulchrum.
Quod ſi amor humanoſ animos aſtringeret, iſla
Non fierent, ſed quiſq; ſuo iuſeruiret amico,
Quiſq; ſibi charum qua poſſet parte iuuaret.
Certe nec melius quicquam, nec dulcius eſt, quām
Sincere à multis, dum vita hec durat, amari.
Rebus in aduersis magnum munimen amici:
Solantur, firmant animum, prodeſſe laborant:

f 2 Quaſ;

Quaq; valent, miseris curas & damna leuare
 Conantur, tecumq; dolent, tecumq; queruntur.
 Haud facile ille perit, quicunq; est diues amicis.
 At quum te rultu spe<at fortuna sereno,
 Et versat meliore rota, tua commoda tecum
 Percipiunt, gaudent tecum, conuiuia tecum
 Plena iocis celebrant, augent tua facta fauendo.
 Quare qui tutam & letam rult ducere vitam,
 Quam multos studeat semper sibi iungere amicos.
 Pluribus hoc autem fiet rationibus : ipsas 10
 Qua potero expediam, sed primum scire necesse est,
 Esse voluntatis motu hunc, quem vulgus amorem
 Appellat : nam velle bonū est, quod fertur amare.
 Semper habere bonum desiderat ipsa voluntas,
 Et vitare malum, solisq; mouetur ab istis.
 Hæc duo sunt igitur cause & fundamina amoris.
 Omnia sed bona sunt triplici discrimine secta.
 Quædam iucunda, & quædam dicuntur honesta:
 Vtiliumq; aliud genus, & natura bonorum est.
 Sicq; malum triplex : damnosum, turpe, molestum. 20
 Quisq; amat, hec animo fugiens, aut illa requirens.
 Est igitur diuersus amor, diuersus ut est fons
 Vnde oritur, laude aut probro non dignus eodem.
 Hæc tria non solū inter se differre putandum,
 Per genus : ast etiam species habet unum quodq;
 Per se multiplices, delectans, vtile, honestum.
 Quæ cum sint variae, vary redditur amores.
 Vtile enim est quicquid prodest, non est tamē unum
 Sicut

Sicut multa etiam bona corporis, atq; animi sunt.
 Quatuor ad corpus spectant bona: robur, & ipsa
 Forma, valetudo, levitas, quodcumq; dat ista,
 Vel res sit, vel homo, prodest, atq; viile fertur.
 Ast animi duo sunt bona, mos, doctrinaq; sicut
 Sunt animi gemine virtutes: ipsa voluntas,
 Cuius sunt mores: & mens, cui noscere verum
 Est proprium. mentis dona sunt complura, novemq;
 Doctrinæ hanc ornat: quas vatum carmina Musas
 10 Appellare solent, ter ternis orbibus aptæ.
 Sicq; voluntatis bona plura, & quattuor horum
 Præcipua existunt: prudentia, iustitia, atq;
 Grandia quæ aggreditur foris discrimina virtutis,
 Nec non quæ frænis nos temperat, atq; modestos
 Efficit. ex ipsis, tanquam de fontibus, omnes
 Emanant aliae: quas quisquis discere querit,
 Voluat Aristotelis libros, vel scripta Platonis
 Inspiciat: duo sunt hæc magni lumina mundi.
 Ergo, quicquid erit tribuat quod talia nobis,
 20 Utile dicetur, veluti medicina, medensq;
 Corporibus, relutiq; animis, liber atq; magister.
 Utiora tamen sunt & meliora putanda,
 Que prosunt animo: quia corpore dignior ipse est,
 Ut seruo dominus, rate nauta, aurigaq; curru.
 Sed mediatè aliquid prodest, aut immediate:
 Ut sator & nummis, cocus & cibus esurienti.
 Idq; ipsum dico de delectantibus: hæc nam
 Per quatas species, per multaq; membra secantur,

Quorum animos quædā delectat, corpora quædam:
 Suntq; voluptates animi quam corporis, omnes
 Synteræ magis, & stabiles, & nobiliores,
 Cum dijs communes nobis, at cætera sensus
 Gaudia, sunt etiam brutis concessa: sequuntur
 Hæc pecudes propriè. namq; his dulcedine mentis
 Posse frui vetitum est, neq; cunctis sensibus ipsæ
 Lætantur, solo gustu tactuq; mouentur:
 Quippe nec harmoniæ, sed nec diapasmata curant.
 Nunquid Apelleas tabulas, aut æra Corynhi 10
 Mirantur, vel clamoris spectacula circi?
 Si quid odorantur tamen, aut si vocibus ullis,
 Vel si nonnunquam aspectu gaudere videntur:
 Id gustus fit vel tactus ratione. velut quum
 Massylus visa in campis leo forte iuuenca
 Exultat, tollitq; iubas, caudamq; retorquet,
 Præde audis: vel quū sonipes per prata vagantem
 Vedit equam, Veneris stimulante cupidine feriur:
 Et resupinato dumeta per ania collo,
 Subsultim graditur, cælumq; hinniibus implet. 20
 Cumq; cibi & veneris, pecudum sit sola voluptas,
 Et propria: idcirco est etiam vilissima, vixq;
 Conueniens seruis: hebetat nam mentis acumen
 Immoderata, solet multum quoq; ladedere corpus.
 Ergo quicunq; est huic deditus, inspiens fit,
 Et seruire magis quam alijs dominarier aptus.
 Non est turpe tamen moderatè talibus vii.
 At bona si quæ sint cognoscere queris honesta:

Quod

Quod nuper dixi reminiscere. namq; animi sunt,
Doctrina & mores veluti paulo ante relatum est.
Sed quod nunc dicam, solerti mente notato.

Quae bona delectant, quam longo tempore durant,
Tamen longo existunt iucunda, & postea nil sunt.

Exemplo tibi sit, Veneris cantus q; voluptas.

Ast quicquid præbet bona corporis, utile fertur.

Ipsa autem bona sunt iucunda, velut valetudo
Iam data delectat, medicina sed utilis ipsa est.

10 Id quoq; quod confert animi bona, iure vocatur
Utile: verum animi bona postquam tradita iam sunt,
Fiunt iucunda, & simul efficiuntur honesta.

Quicquid enim virtutem affert, est utile: at ipsa
Tradita iam virtus, iucunda & honesta putanda.
Quippe honor est soli virtuti debita merces.

Quicunq; ergo cupit multum, dum viuit, amari:
Aut studeat delectare, aut prodesse, vel in se
Virtutes habeat: quas compelluntur & ipsi
Commendare mali, & quamuis odere, reverentur.

20 Sed prius illorum debet perpendere mores,
Quies placuisse volet. namq; est non una voluntas
Omnibus: hinc homines studia in diuersa feruntur.
Vsqueadèò tribuit difformia semina nobis
Gignendo natura Parens: quod displaceat illi,
Hic amat: hic laudat, quicquid damnatur ab illo:
Ergo non eadem sunt cunctis grata, nec omnes
Utile idem cupiunt, eadem nec honesta requirunt.
Quare opus est nouisse prius, quid cuiq; magis sic

f 4 Accep

Acceptum, placeatq; magis: ne fiat inane
Officium, cassusq; labor, ne littus aretur,
Si forte aut iniucunda aut odiosa ferantur.

Hoc autem non difficile est cognoscere : sermo
Haud dubie ostendit mores, animumq; latentem.

Id quod amat crebro loquimur quisq; atq; libenter
Audit: multa domi poterunt quoq; signa videri.
Nam cum romeribus, stimulos, iuga, rastra, ligones,
Agricolæ seruare solent: arma horrida miles
Parietibus suspensa tenet : sed quisquis abundat
Codicibus, poterit meritò studiosus haberi.

Sic de alijs dico, nimirum arcana resignat
Lingua manusq; animi. quare quæcumq; placebüt,

Efficere hæc studeat, quisquis sibi querit amicos.
Obsequio generatur amor: sed maxima lucrum

Pars hominū sequitur, nummos & munera cuncti
Affectione, donis multi acquiruntur amici.

Verum talis amor non est aurabilis, & quum
Deficit utilitas, fugit illico (præcipue si

Ulterior non villa manet spes utile habendi,) 20

Servilis fidusq; parum: tamen inueniuntur
Quidam, sed rari, acceptorum qui meritorum

Affidae memores, non cessant semper amare,
Esto quod ingrati cessent: non proinde bonus vir,

Qui rarus veluti phœnix reperitur in orbe,
Multi prodeesse, ac pro viribus auxiliari

Debet desinere est: etenim via sola merendo
In cælum, perq; hinc Alcides maximus olim

Incessit,

Incessit, multiq; aliij, quorum inclita fama
Durat adhuc, nullum posthac moritura per euum,
Nempe Deo est similis vir dapsilis atq; benignus.
Pars magna est etiam, que delectabile querit.
Hinc & amant, qui unq; sibi iucunda ministrant:
Præserim pueri, iuuenes, nec non locupletes,
Gaudia seellantur seellantur ludicra semper.
Sed nec talis amor verus, vel firmus haberi
Debet: namq; fugit, quum deficit ipsa voluptas,
Si modo non redeat, vel non redditura putetur.
Est tamen interdum valde vtilis, atq; per ipsum
Divitias multi, multi accepere fauorem.
Delectare igitur studeat qui querit amari,
Dū neq; quod iustū est, neq; transgrediatur honestū.
At prodesse modis & delectare duobus
Quisq; potest, verbis ac rebus: tutius autem
Et leuius multò est, verbis quam rebus amorem
Querere. proinde opus est, quo id fiat noscere pacto.
Vtile si doceas quenquam, moneásue loquendo
Efficies, monstrando etiam quid prosit & ob sit,
Quo nocitura mox ritentur, & ipsa parentur
Commoda, in aduersis pro ipsorum orando salute,
Vel commendando, vel pro ipsis grata petendo,
Quos in amore roles tibi iungere. si cupis autem
Delectare aliquem verbis, laudato decenter
Ipsum resq; suas: vel si quid gesserit unquam
Egregie, ne te plegeat laudando probare.
Nam sapiens & què ac stultus laudarier optat.

f s Interd

Interdum lepidis, risumq; mouentibus, aures
 Mulceto dicitis, referendo si qua iocosa est
 Fabula, vel si qua est vetus aut noua digna relatu
 Historia, & demum si quid scis posse placere:
 Non contradicas, imo assentire loquenti,
 Sint non vera licet, quod si pudet illa fateri.
 Tu saltem taceas: nam disimulare tacendo,
 Maxima plerunq; est prudentia. viuere nescit,
 Ut bene vulgus ait, qui nescit disimulare.
 Nonnunquam, mihi crede, nocet, defendere verum. 10
 Temporis atq; loci proinde est seruanda, hominumq;
 Conditio semper, ne quid te laderet posset.
 Ast aliqui absentem malunt laudare, putantq;
 Id melius: faciunt astutè, talis enim laus
 Gratiæ, atq; minus facta & suspecta videtur.
 Quippe solent multi præsentem extollere dicitis,
 Semper adulantes, ut veri habeantur amici:
 Ast ubi terga abiens vertit, mordaciter vrgent
 Absentem, & rident. non valde est fidere tutum
 Laudanti coram, mos est hic mancipiorum. 20
 Non deerunt autem, refrant qui singula, plures,
 Aut unus saltem, fueris que cunq; locutus,
 Vel bona vel mala sint: multus delator ubiq; est.
 Hic te laudauit, dicet, vel rituperavit.
 Sed tamen, ut paucis liceat concludere verum,
 Non magis est gratiæ cunctis, & amabile quicquam,
 Moribus ingenuis, integroq; ordine ritæ.
 Hoc plus diuitijs, plus cognitione probatur.

Namq;

Nāq; malus, quanquā doctrina & rebus abundet,
 Neutique diligitur: vitijs odiosius est nil
 Si bonus atque probus fueris, vel amabare, vel te
 Non odio saltem (velut arbitror) ullus habebit.
 Est autem vetus autorum sententia, mores
 Quod similes, simile & studiū, sunt fomes amoris:
 Sic vanus vanum, studiosus sic studiosum
 Diligit, & socios adeunt animalia cætus.
 Hoc non inficiar: nam quo iungentur amore
 10 Hi, quibus est mens diuersa & diuersa voluntas?
 Cum sit amicorum cupere & contemnere id ipsum?
 Sed sceleratorum cito fædera dissoluuntur,
 Stultorumq; breui commercia tempore durant:
 Nam propria vtilitas, quā quisq; requirit iniquus
 Per fas atque nefas, & seu cupidio nocendi,
 Quā malus omnis habet, pariterq; superbia & ira,
 Stultorum fida comites, accendere bīlem,
 Bella mouere solent. amor est durabilis ille
 Duntaxat, cuicunque dedit fundamina virtus,
 20 Quem genuit probitas: amor hic pia pectora tantiū,
 Sincerosq; animos æterno glutine firmat,
 Et naturali pluris faciendus amore est:
 Quo genitū & generās, & ab uno sanguine creti,
 Mutuò se obseruant & amant. nam sepe parentes
 Oderunt nati, oderunt sua pignora patres,
 Germano insidias germanus sepe parauit:
 At nunquam verus Pyladæ insidiatur Orestes:
 Nec Pylades mortem curat, modò prospic Oresti.

Sed

Sed dubium est, fierine vlo conamine posbit,
Vt nos omnis amet populus, iustiq; maliq;

Nempe amor in plures diuisus debilior fit,

Fortior in paucos. vnta potentior est vis

Quilibet, at partes in plures secta peribit.

Recte igitur dicunt, raros tibi quare sodales:

Difficile est etenim cum multis viuere posse,

Et conuersari assidue, que maxime amicos

Res decet: à multisq; fides negat ipsa teneri,

Cum paucis habitat potius, non ergo fideles,

Esse tibi multos credas: nec dilige vulgus,

Nec te vulgus amet: comes est discordia vulgi.

Cum paucis pax leta manet, turba omnis abesi:

Nanq; à turbando nomen sibi turba recepit.

Paucos atq; bonos tibi delige. cum quibus euum

Ducere securus valeas, et lite remota.

Vt non ergo potes multos vehementer amare:

Sic tu non potes à multis vehementer amari.

Nam qui non amat, is nullo fit dignus amore.

Est aliis civilis amor, communis, & omni

Præstandus populo, quo quisq; bonusq; malusq;

Diligier debet, quum nulla ex parte nocemus

Factus aut dictis cuiquam, quum taliter ipse

Viuiimus, vt nemo meritò nos carpere posbit:

Quum sumus erga omnes blandi, vultuq; benigno,

Quemq; salutamus, laudamus, honorificamus.

Sed tamen in primis est utile, conuersari

Rarè, vel nunquam cum multis, si tibi cordi est

Vitare

Vitare insanas lites, pacemq; tueri.
 Pr̄esertim quos esse malos nostri, aufuge, nang;
 Haud facile est tribulos & spinas inter euntem
 Illatos habuisse pedes, illasq; crura.
 Nec cures si te non diligit improbus : at si
 Non odit, satis esse puta. non oderit autem,
 Si longè steteris : absenti non nocet anguis.
 Vel conuersari tibi si quandoq; libebit
 Cū populo, & stolido interdū te adiungere turbæ,
 10 In primis studeas moderamina ponere lingue.
 Et caue quid dicas, semperq; libentius audi.
 Raro autem loquere : est mentis grauitate carentis
 Indicium sermo nimius, peccatq; frequenter
 Multiloquus : verūm parcè, canteq; loquentes
 Laudantur : decus est ingens prudentis in ore.
 Presentem, absentem rē aliquem ne lede loquendo: (3)
 Hoc sit pr̄incipium monitum, sit regula prima.
 Atq; ea ne dicas, que nil referre videntur:
 Nec verba incassum & nulla ratione profundas.
 20 Nam te ridebunt homines, fatuumq; vocabunt.
 Verūm siue rogas aliquem, seu forte roganti
 Responsurus eris, prius ipsam consule mentem,
 Quām vox exiliat : que postquam est edita, retro
 Haud remeare potest. verbum semel ore soluto
 Emissum longè, nequit ad sua claustra reuerti.
 Gratia magna etiam est, sapientum dicta referre,
 Atq; loquendo aliquos ratum interponere versus,
 Interdum exempla historijs inuenta probatis.

Talia

Talia nanq; solent sermoni inserta decere
Apprimè, modò sint non ab re. idcirco frequenter
Nunc hos, nunc illos opus est euoluere libros:
Atq; ut apes, varios pañim decerpere flores.

Iram pelle procul, tecumq; superbia non sit:
Nam tales homines non possunt prorsus amari.

Verum te mitem, blandumq; ostende: placebis
Omnibus hoc pacto. at si te quis læserit, ipsum
Ingenio studeas mage quam superare furore.

Ingenio vires cedunt, prudentia virtrix 10
Cuncta domat: rabida tigres, tumidiq; leones
Mansuescunt arte, arte rates vasta equora transt;
Arte gerit turrim barrhus, iuga taurus; et arte
Aasper equus tolerare equitem frenosq; iubetur.
Viribus ingenium moderatur cuncta ministris.

Infirmi et timidi est nimirum, multa minari:
Verbaq; fæmineæ vires sunt, facta virorum.
Dissimulat prudens, fortis tacet. ast ubi venit
Oportuna dies, facienda viriliter audet.

Ergo prius caueas, ne quis tibi iure molestus 20
Esse queat: quod si iniuste læderis ab ullo,
Ipsum quando potes, tu contrà vlciscere iustè.
Sin tibi non licet, hoc inclusum corde dolorem
Dissimula, atq; tace, ne deteriora subinde
Damna feras, stultum est hostem irritare potestem,
Atq; malum maius tumidis sibi querere verbis.
Expectat tempus sapiens: iramq; coercet:
Euge etiam vitiliter cedit, placidisq; furentem

Demulc

Demulcet dictis, & dulcibus allicit hostem
 Blanditus, donec deceptum in retia mittat.
 Callidus indomitum pullum sic vincit equis,
 Sic insueta boui sensim iuga ponit arator,
 Sic trahitis Cybeles torui sarraca leones,
 Sicq; feræ tigres Bacchi paretis habenis.
Nimirum magna est prudentia, vincere blandè,
Atq; animi ad tempus pressum celare dolorem.
 Hoc aliud quoq; seruandum est: quocunq; manebis
 In cœtu, laxes ne turpiter ora cachinnis:
 Sed quum opus est, parco, moderatoq; utere risu.
Nempe est inualida mentis, capitisq; minuti
 Indicium, ridere nimis: contrâ esse seuerum
 Semper inhumani est animi, fuge cautus vtrunque,
Atq; tene medium: medio sedet inclita virtus.
 Non volo te scurraram: sed si potes, esto facetus.
 Iam videor dixisse satis, iam iussa peregi,
 Propter que imperio matris descendimus ad te.
 Nunc tempus remeare monet, locaq; infima mundi
 Deserere, & superas volitando reuiseare sedes:
 Vnde ego tellurem soleo spectare frequenter,
 Admirans adeò paruam minimamq; rideri;
 Exiguiq; instar pomi pendere rotundam.
 Aeris in medio, fultam molimine nullo,
 Atq; suo tantum libratam pondere. cerno.
 Inde etiam Oceanum totas circundare terras:
 Perq; ipsas flexo, velut anguis, serpere cursu
 Nerea ceruleum, modici sub imagine riuit.

Indo

Inde Padus, Tanais, Ganges, Hislerq; videntur
 Agrorum fosse, quoties implentur ab imbri.
 Quumq; tua aspicio, quamuis ingentia, Nile
 Ostia, tam longè, septem reor esse canales.
 Sæpe etiam video telis pugnare coruscis
 Agmina, purpureoq; vndantes sanguine campos:
 Et stolidos reges, bona dum fugitiua sequuntur,
 Seq; putant non posse mori, diuersa mouere
 Prælia, & insontes populos opponere morti,
 Tradereq; inuitis spectacula triplia diuis. 10
 Inde etiam mutare locum freta, flumina, fontes,
 Aspicio: fieri valles ex montibus altis,
 Inq; altos montes imas consurgere valles,
 Temporis anfractu longo, & nemora alta secari
 Vomeribus, cultisq; prius succrescere sylvas,
 Oppida transferri huc illuc, & cuncta nouari.
 Fœlix, cui talem speculam contingit habere:
 Vnde Asiam mollem videat, Lybienq; frocem,
 Europamq; armis & fertilitate superbam: 20
 Inq; ipsis varias gentes, quos Carcinus vrit
 Äthiopas, primoq; Indos sub sole iacentes:
 Getulos, Nomadasq; agiles, Cylicasq; rapaces,
 Sauromatas, Parthosq; arcu pugnare peritos,
 Thuriferos Arabas, Thraces, validosq; Arimaspas,
 Hispanos, Italos, Gallos, rigidosq; Britannos:
 Tot alios populos, quos supra quum redit sol,
 Aut quum decepit radijs illuminat infra.
 Nónne illuc velles descendere posse, liceret

HOC

Hoc si mortali cniquam, nisi membra grauarent
 Te tua? sed nobis tantum conceditur istud
 Cœlicolis, quibus est concretum ex æthiere puro,
 Non elementorum primorum pondere corpus:
 Vnde feras, donec tandem sit morte solutus
 Spiritus: interea valeas, iam separor ab te.
 Protinus his dictis, me respondere parantem
 Deseruit: nec non ventis velocior ipsis,
 Digrediens iterum cœlestia templa petiuit.

LIBER V.

- N**ON ego dinitias Arabum, rubriue
 lapillos
 Aequoris insignes cupio, nec quicquid
 Iberus
 Amne Tagus rutilante rebit, populosue superbos
 Sceptrigera domitare manu: non fata dedere
 Talia, nec doleo nobis non fata dedisse.
 Nam bonus atque malus, nullo discrimine diues
 Esse potest, auroq; potens. plerunque videmus
 Expertes animi indignos diadematæ crines
 Cingere, sarranoq; ample vestirier ostro.
20 Illa mibi vellem mundi concederet autor
 Quæ nec habere valent praui, neq; mentis egentes,
 Quæ verum efficiunt hominè, diuisq; propinquum.
 Iupiter omnipotens, abs te sapientia quare